



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae  
Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros  
distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius  
Coloniae Agrippinae, 1674**

I. Ad Netiam, Turpilius comicus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37862**



LIBER PRIMVS  
EPISTOLARVM  
BEATI HIERONYMI.

Quæ sunt familiares.

I. B. Hieronymi Nitia Hypodiacono, quem ad scribendum invitat.

URPILIUS CONICUS tra-  
gans de vicissitudine literarum,  
Sola, inquit, res est, quæ homines  
absentes, præsentes facit. Nec fal-  
sam dedit, quanquam in re non  
vera, sententiam. Quid enim est,  
ut ita dicam, tam præsens inter absentes, quám  
per epistolas & alloqui, & audire quos diligas?  
Nam & rudes illi Italix homines, quos Cæcilius  
Ennius appellat, quisibi (ut in Rheticis Cicero  
ait) ritu ferino victimum quærebant, ante chartæ  
& membranarum usum, aut in dedolatis è ligno  
codicillis, aut in corticibus arborum mutuò epi-  
stolarum alloquia missitabant. Unde & portito-  
res earum tabellarios, & scriptores à libris arbo-  
rum, librarios vocavere. Quanto magis igitur rij.  
nos, expolito jam artibus mundo, id non debemus Librarij  
omit-

Cæcilius

Tabellarius

Librarius

D. HIERON. EPYST.

Omittere, quod illisib[us] præstiterunt, apud quos e-  
rat cruda rusticitas, & qui humanitatem quedam-  
modo nesciebant? Ecce beatus Chromatius cum  
sancto Eusebio, non plus naturā, quam morum &  
qualitate germano, literario me provocavit offi-  
cio. Tu modò à nobis abiens, recentem amici-  
tiam scidis potius, quam dissuis. Quod pruden-  
ter apud Ciceronem Lælius vetat. Nisi fortè tibi  
ita exesus est oriens, ut literas quoque tuas huc  
venire formides. Expercere, expercere, e-  
vigila de somno, præsta usam chartæ scedulae  
charitati. Inter delicias patriæ, & communes, qua  
habuimus, peregrinationes, aliquando suspira  
Si amas, rescribe obsecrantī: si rasceris, iratu  
licet scribe. Magnum & hoc desiderij solame  
habebo, si amici literas vel indignantis acci-  
piam.

II. Hieronymus Iuliano Diacono Aquileia, exch. stro-  
fanis cur non scriperit.

**A**ntiquus sermo est, Mendaces faciunt, u-  
nec vera dicentibus credatur. Quod mihi  
à te ego objurgatus de silentio literarum accidit opu-  
se video. Dicam. Sæpè scripsi, sed negligentia no-  
bajlorum fuit. Respondebis: Omnia non scri-  
bentium vetus ista excusatio est. Dicam, non rebus  
periri, qui epistolas ferret. Dices, hinc istuc illi  
quamplurimos. Contendam, me etiam his de-  
dice. At illi, quia non reddiderunt, negabunt  
& erit inter absentes incerta cognitio. Quid ig-  
tur faciam? Sine culpa veniam postulabo, re-  
bus arbitrans pacem loco motum petere, quā  
equi